e-codices

admiretur? quis n̄ obstupescat? quis n̄ exclamet
ô admiranda Regina sine regno; Imperatrix sine
imperio carente; Mater famulante. Et quod propè
omnē fidē superat, n̄ tantū ô virgo humillima, ne
minē imperiosa voce terrere, aut regere visa es, verū
ad honorificentiorē Angeli appellationē exterrita ti-
muisti, expauisti. Quid è obsecro ô virgo? quid ad
hoc salutantis Ave turbaris? inimicum ne putas tā
venerabundi spiritūs vocē? at dicit Ave; nū radios
fulgurantis aspectūs reformidantibus oculis sustinere
insueta n̄ potes? ô virgo intuere, et videbis illos
maiori aspectū tui lue, seipsos iā fastidientes, et
in tuis oblutibus totos esse absorptos: nū quia subitò
potiùs irrupisse, quā ad te mipsus intra se videt? o
neq; hoc credendū è; at eras ad hos intantiū Angelorū
ingressus, atqs ad famulantes cœli delicias ita vadis, ut
timendus tibi sit unius spiritūs aspectus, à quo fiebas
te propemodū adorari te? quid igr̄ turbaris virgo pulch-
errima? hospes adest, n̄ hostis; pacis nuntius non ira;
Ave dicit, n̄ cave; gratia plena, n̄ ira filia; pax
tecū n̄ furor Dei in te desevit; quid igitur è quod te
turbet? quod inquietet? quod angat ô virgo? tatere,
tatere virgo; prodit verecunda erubescentis vultūs
purpura, modestia tuos animi sensus conclamat, de-
iecta facies aperit mentis tuæ humilitatē: non
times quia salutat; n̄ stupes radios, quia tui maiores
sunt; n̄ paues adventū, quia n̄ insuetus. Humilitas,

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 45v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/45v)